

Franckesche Stiftungen zu Halle

Hugonis Grotii De Jure Belli ac Pacis Libri Tres

Grotius, Hugo

Jenae, 1680

CAPUT X.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-188571

peculiari coronatione solebat. qvare ex electione septem Principum, qui Germaniae corpus referunt, qui legitus est jus habet imperandi Germanis secundum eorum mores: ex approbatione vero populi Romani fit idem rex, aut Imperator Romanus, aut ut historici s̄pē loquuntur, * rex regni Italiae: atq; eo titulo sub se habet, qvæcunq; populi Romani fuerunt, neq;que pactionibus, aut derelicti occupatione, aut victoria jure in aliorum populorum imperium concesserunt. Unde illud qvoq; intelligi facile potest, qvo jure Episcopus Romanus vacante imperio * investituras tribuat feudorum imperii Romani, qvia scilicet in populo Romano, tali tempore libero, primas obtinet. ~~So~~
*V. 1. Beccm.
 huius: c. 10. pag.
 f. 1. 2. c. 6. 5. 9. q. 6. 8.
 3. 16.*

lent autem, qvæ sunt corporis alicuius, * per primam personam corporis nomine expediri, ut alibi t̄ qvoq; diximus. Neq; vero male Cynus & Ray-

fungi imperio, post ei vicarium dari ab ipso populo Romano.

Rex regni Italiae) Sic in excommunicatione Henrici distincte nominat Papa regnum Teutonicorum & Italiae. Vide Ottonis privilegium Alderamo datum, editum à Meibomio post Withikindi Saxonica: & Crantzium Saxonum V. in juramento Ottonis qvod Gratianus intulit in c. 33. Distinctionis LXIII. *In Roma nullum placitum sive ordinationem faciam de omnibus, qvæ ad te (Papam) aut Romanos pertinent, sine tuo consilio.*

Investituuras tribuat feudorum imperii Romani) Nempe ut in Imperio Germanico Palatinus & Saxo Vicarius imperii, divisis partibus. Vide Serratum Ludovico XII.

Per primam personam corporis nomine expediri) Nam & in Poloniæ interregno Archiepiscopus Gnesnensis Regis locum tenet, in solio regio sedet, tanquam primus inter Ordines. Philippus Honorius in dissertatione de regno Poloniæ.

†††

Possit et Vicarium dari) Idq; arg. c. licet. 10. X. de For. Comp. c. ad Apostolicæ 2. de Sent. Et Re iud. in 6. Clementin. Pastoralu. de Sent. Et Re iudic. in fin. Totum interim discursum hunc examinarunt & rejecerunt Limn. ad Capit. Carol. V. art. 3. pag. 148. n. 57. Et seqq. 11. in addit. ad J. P. Tom. 5. ad l. 1. c. 4. n. 24. pag. 7. seqq. (Ex quo sua depromisit Romano-Catholicus Hermes. Fafe. J. P. c. 20. n. 10.) Dn. Conring. de Germ. Imp. Rom. cap. 12.

XII. Hæreditis personam, qvoad dominii tam publici quam privati continuationem, pro eadem censeri cum defuncti persona, certi est juris.

XIII. Victor autem vieto, qvatenuis succedat, infra t̄ in effectibus belli f L. III. c. 8. explicabitur. junct. c. 15.

- I. Obligatio reddende domino re alienae
unde & qualis. Exstantia restituere,
& quantum in se est efficere, ut red-
dantur.
- II. Non existantibus, obligatio de red-
dendo eo, quod quis lucifecit ex alie-
no: quæ multis exemplis illustratur.
- III. Bonæ fidei possessorem ad restitutio-
nem non teners, fides periret.
- IV. Eundem teneri ad restituendos fra-
dis existantes.
- V. Et consumptos, nisi alias consumpturus
non fuerit.
- VI. Non eos, quos neglexit, percipere.
- VII. Non teneri eundem ad restitutio-
nem rei, quam donavit alii, cum di-
stinctione.
- IX. Nec si rem emtam vendiderit, fini-
liter cum distinctione.
- X. Quando pretium aut ejus partem
servare possit, qui rem alienam bona
fide emit.
- X. Rem alienam emtam restitu, vendi-
tori non posse.
- XI. Qui rem habet, cuius ignoretur do-
minus, nemini teneri eam concedere.
- XII. Ob causam turpem, aut aliqui de-
bitam, acceptum non esse restitu-
endum naturaliter.
- XIII. Resellitur sententia statuens re-
rum, que pondere, numero, mensura
constant, dominum sine consensu do-
mini transire.

I. I.

Explicato, quantum instituto nostro sufficit, jure eo, quod in personas
aut res nobis competit, videndum etiam, quæ exinde nascatur obligatio
adversum nos. Nascitur autem hæc aut è rebus existantibus (rerum nomine
jam comprehendam etiam jus in personas, quæ utile nobis esse potest) aut
non existantibus.

† Prolegom.
§. 34.

2. È rebus existantibus obligatio † hæc nascitur, quæ * tenetur is, qui
rem nostram habet in sua potestate, efficere quæcum in se est, ut in nostram
potestatem veniat. Quantum in se est dico; neq; enim obligatur ad impossibile;
neq; ad reddendam rem suis impenis; sed indicare tenetur, ut alter recipere
suum possit. Nam sicut in rerum communium statu † observanda erat æqua-
litas quædam, ut huic non minus quam alteri rebus communibus ut licet;
ita introducto dominio hæc quasi societas inter dominos contracta est, ut qui
rem alienam in sua haberet potestate; eam domino redderet. Nam si do-
minii ea tantum fuisset vis, ut poscenti domino reddenda res esset, nimis debile
futurum fuisset dominium, & nimis sumtuosa custodia.

Tenetur is, qui rem nostram habet in sua potestate efficere, quantum in se est, ut
in nostram potestatem veniat.) Inter præcepta jubentia legis Hebreis data est,
ut res inventa restituatur domino. Præcepto jubente LXXIV. Fundamen-
tum id habet tum in æquitate naturali, tum in Deuteronomii loco XXII. L.
Chrysostomus I. Cor. V. 8. τιῦτα ἐν καὶ οἱ τὸ ἔχωντος νόμοι, δι τοὺς ἀρπά-
γεις αὐθελομένοις αἴφεντες, ὅπερις κελεύσων ἀπατεῖν, παρ' οἷς αἱ ἔνεργη τὰ
κτίστι

† L. II. c. II.

§. 2. n. 1.
† quæ res
sunt ex actione
factis a se
fuerint ex parte

De capite prefeatis generalibus
 ordinatio 1. Ex eorum determinationes
 et iure gentium quidem secundum
 est si ad specialissimas devo-
 niatus ob remam abundantiam
 determinationem illas accipere
 et iure civili 2. secundum eorum fix-
 quares apud se in causa
 publicis. Dominii effectus non
 minor est quidem reprobanda
 occupatio. Reluti n. unius
 fuisse tributandum ea n. re.
 coniugatum est. Eo i. qui rem
 roboran habet in potestate sue
 teribus officiis, quoniam in eo
 ut in potestate roboran re-
 nias 3. quia res ipsa communica-
 tur id angelis, regnante r. illa
 statim excedens 2. carcer
 et carcere debet nulla causa
 fuisse rationabilis nisi 2. s. c.
 10. d. 8. Dicimus n. facundem
 posse. domino, nomine debili
 r. alias fuisse fuisse domi-
 nium d. s. n. 2. perinde in ea
 bona quis ex mala fide pos-
 se proponeret natus d. s. n. 3. 2. 3.
 c. 22. d. 3. unde licet agat ea
 alienam bonam fide emerit.
 reprobatione n. remans secundum
 probat probatum est potest.
 Causa aliena vero domino n. u.
 cum probatum est d. g. s. 3. n. 2. 2. 1. secundum probatum
 fuisse secundum iure ~~probatur~~ n. rem invenitur 2. 6.
 argus probatibus non potest.
 tunc n. debet potest, quae
 sun dominus eiusdem impetratus
 fuisse in summa causa.
 quis eius remans decet ha.
 bens rem fassum statim.

d. 9. 2. 1.

autem ne ipsa pars. Hoc & seculi probant leges, quae ius nobis faciunt, omisso raptore aut fure eos compellare, qui res nostras, qualescumque sunt, tenent. Hieronymus ad Leviticum: Multi sine peccato possunt esse, si alienum quod invenerint teneant, & dicunt: Deus mihi dedit. Cui habeo reddere? Discant, hoc peccatum simile esse rapina. si quis inventa non reddat. Augustin. Serm. XIX. de verbis Apostoli: Si quid invenisti & non reddidisti, rapnisti. Deinde: Qui alienum negat, si posset & tolleret. Utrunque Gratianus retulit in cause XIV. questionem V. idem Augustinus de fide & operibus: Sicut jure praediorum tamdiu quisque bone fidei possessor rectissime dicitur, quamdiu se possidere ignorat alienum. cum vero scierit, nec ab alieno recesserit, tunc maleficii possessor perhibetur, tuus iuste iustus possessor vocabitur. Pertinet huc & lex Wisigothorum lib. IX. tit. I. c. 9. Interdum vero ob causas graves lex civilis intendit augetque hanc obligationem, ut in servo fugitivo lex Burgundica, lib. I. tit. VI. Bona quae dominis per injuriam ademerat Domitianus, Nerva restitui jussit, habet id Xiphilinus. Apud Procopium Gotthicorum II. Belisarius, οὐαὶ δὲ ἔργῳ τούτῳ βιαστικὸν καὶ ὃς αἱ τὰ δὲ πέλας ἐνεστίων μὴ λαθοῦσθαι τὸν εἶναι γε ἐνοι. Mibi ita libertate parci, pari loco esse res alienas sponte retinentem & non reddentem, cum rapto.

†††

E rebus existentibus obligatio) Mentionem hujus obligationis, quae ex dominio nascitur, supra facit Grotius in §. 34. prolegom. eamque defendit Gaddew ad l. 12. princip. de V. S. n. 4. duobus, inquies, modis in creditum imus causa videlicet & obligatione l. fin. ff. ac leg. l. res 23. de V. S. l. 6. cum ibi notat. de V. S. Causa in creditum itur per occupationem rei, ejusque absentiam, quando alias rem, quae nostra est, aliqua dominii vel juris & possessionis causa occupat, vel possidet, aut detinet. Is enim possessor aut omni, aut iusta, aut satis firma caret possidendi causa: ideoque cum ad nos ea res spectat dominii vel quasi causa, tacite nobis obligatus est ad rei restitutionem, eamque quasi a nobis in hoc creditam habet, ut propter ius nostrum, quod in illa re habemus, nobis tenetur, rem cum accessionibus iartam testamque restituere, & nisi restitutus, patiatur a se vindicari & abduci, cum damni & interesse præstatio, l. pecunia. 178. §. actionis. 2. de V. S. l. haberes. 19. §. fin. l. seq. ff. de JUDIC. Urgent dissidentes §. 1. omnium, instit. de Action. & quidem in eodem verbo nullo jure: sed ad haec idem reponit Gaddew l. c. verba nullo jure non absolutè, sed conventionis intuitu proferri: cum reales actiones non ex conventione, sed causa acquirendi dominii & possessionis, sive ex jure constituto oriuntur. Etsi igitur nullo conventionis jure rei nostra detentor obligatus sit, utique tamen causa h. c. dominii vel quasi, & juris, quod nobis abest, manet obicitus & obligatus debito; quod est rei restitutio l. 1. l. 6. l. 9. l. qd si restituere. 68. cum simil. ff. de Res Vind.. Unde est, ut passim dicatur teneri rei vindicatione, teneri hereditatis petitione, teneri confessoria, item negatoria actione &c. quod verbum Teneri minimè his accommodari posset, si nihil penitus subiset obligationis ac crediti: quippe hoc verbum necessitatem dandi facienda que significat & obligationis aliquid, quo teneri quis datur, præsupponit, ut vel ipsa inuiti verbi teneri origo & nativa significatio. Quid? quod haec phrasis JCTis nostris adeo incognita non sit, videlicet Dn. Strach. Diff. ad ff. 5. th. 29. Dn. Strach. Sr. J. C. Diff. 31. th. pp. 43. De-

43. Deprecamur itaque rigidiores, qui Grotio imputant, quasi hic ex instituto naturam obligationis turbaverit: idem quippe cum ipsis in effectu intendit. Uno verbo: Grotius vult nos obligari vel ex re ad restituendum h. c. 10. vel ex consensu ad dandum vel faciendum, c. 11. & seqq. vel ex factō ad reparandum tam parti, c. 17. quam Reip. c. 20. quod à Justiniano quoque non alienum est, add. Bonacini. de Restit. D. I. q. 1. p. 3. pag. 430. Quid itaque hoc loco peccatum fuerit, ipsis nunc, re accuratius persens, videbunt.

Diod. L.XV.

Plut. & Corn.
nep. Pelopida.

hist. Cyri, Lib.
V. de Officiis.
III.

3. Neque hic consideratur bona quis, an mala fide rei possessionem na-

gus sit: alia enim obligatio est ex delicto, alia ex re. Lacedæmonii delicto se liberaverant, damnato Phœbida, qui Cadmeam Thebanorum arcem contra foedus ceperat, sed ipsis * in justitia accusati, quod arcem nihilominus refi- nerent: eamque in justitiam, ut singularem, etiam singulari Dei providentia vindicatam notavit Xenophon. Sic M. Crassum & Q. Hortensium reprehendit Cicero, quod hæreditatis partem retinuiscent ex testamento, quod falsum, sed sine eorum culpa confessum erat.

Injustitiae accusati) Ita judicat Diodorus libro XV. Plutarchus Agephilus: πόλιν ἐπεισεν εἰς ἀντιού δέξαθε τὸ ἀδίκημα, καὶ κατέχειν τὴν καθοίκους τὰ εἰστήκαντα: Civitati persuasit, ut in se culpam transferret, retinendo sibi arcem Cadmeam. Simile facinus Bajazetis in Nicopoli apud Leunclavium l. VI.

4. Ovia vero hæc obligatio tanquam ex contractu universali omnibus homi-

L. II. c. 13. §. 15.
n. 2.
L. Bona fides.
31. D. Depositū.

nus tenet, & jus quoddam rei domino parit, eo fit, ut singulares contra-
sus quippe tempore posteriores, exceptionem inde accipient. Inde lucem
accipit illud Tryphonini: Latro spolia, quæ mihi abstulit, posuit apud Sejum
in scismum de malitia deponentis: utrum latroni, an mihi restituere Seju de-
beat. Si per se dantem accipientemq; intuemur, hec est bona fides, ut commis-
sam rem recipiat is, qui dedit: Si totius rei æquitatem, quæ ex omnibus per-
sonis, quæ negotio isto continguntur, impletur, mihi reddenda sunt, quod
(male legitur quo) factō scelestissimo ademta sunt. Rectè autem addit: Et
probo, hanc esse justitiam, quæ suum cuique ita tribuit, ut non distraha-
tur ab ullius persone justiore repetitione. Justior nimis est repetitio do-
mini ex jure illo, quod ipsi dominio æquavum diximus: unde etiam illud
sequitur, quod apud eundem Tryphoninum est, ut quæ rem suam ignorans de-
positam accepit, reddere eam non teneatur: & quod ibidem paulo ante qua-
rebatur de bonis depositis ab eo, cuius bona erant publicata, hinc potius
quam ex eo, quod de pœnarum utilitate adfert Tryphoninus, definiendum
est.

L. Rerū. D. 25.
de Act. rer. a-
mocar. L. 43.

5. Nam ad dominii naturam nihil refert ex gentium, an ex civili, ju-
re oriatur: semper enim secum habet, quæ sibi sunt naturalia, inter quæ est
obligatio cuiusvis possessoris ad rem domino restituendam. Et hoc est, quod
ait Martianus, jure gentium condici posse res ab his, qui non ex justa causa
possident.

Ex

+ Finz. p. 334

D. S. N. G. Vnde res esse
inventori nec labore regis
tibus concessat per se John
foecit ad auctoressum regis
mam et progenitores eius h
miseri in reddendo

Ex hoc fonte oritur illud, quod ab Ulpiano est proditum, qui rem alienam invenit, eum ita ad eam domino reddendam teneri, ut ἐνεργεού, hoc est præmium inventionis petere non possit. Reddendi autem sunt & fructus salvis impensis.

Falsi, §. 9. quid ergo. D.de Furtis. Cajet. ad Th. 2. 2. 62. art. 6. L. Item. veniunt. 20. §. præter hanc. 6. D.de Petit. hæred. De Off. III. L. Jure naturæ. 2c. 6. D.de reg. Juiis. & ibiln- terpretes. + L. 3. c. 22. §. 3.

II. 1. De rebus non existantibus hoc humano generi placuit, ut si tu ex re mea factus es locupletior; me rem non habente, in tantum tenearis, in quantum es factus locupletior; quia quatenus ex meo lucratius es, plus habes, cum ego minus habeam: in modis autem sunt dominia ad servandam æ qualitatem, in eo scilicet ut quisque suum haberet. * Contra naturam esse, ait Tullius, ex hominibus tu modo suum augere commodum. Et alibi: Illud natura non patitur, ut allorum spoliis nostras facultates, copias, opes augemus.

Contra naturam esse ex hominis incommmodo suum augere commodum) Casiodorus X. 16. Hoc nostris temporibus confitemur inimicum, ut alter alterius letetur incommodo.

(a) L. Si quis mancipiūs. 17. §. 4. D.de Inst. action.

2. Est hujus dicti tanta æqvitas, ut multa hinc definiant Jurisconsulti extra legum præscripta, semper ad ipsam æqvitatem, ut evidentissimam, provocantes. (a) Ex actu servi institutoris tenetur, qui præposuit, ita, nisi denunciaverit ne ei crederetur: At etiam, si sit facta denunciatio, & servus ex eo contractu peculium habeat, aut in rem domini versum sit, replicabitur de dolo. Videtur enim, inquit Proculus, dolum malum facere, qui ex aliena jura lucrum querat. Ubi doli mali vox id omne significat, quod naturali iuri & æqvitati repugnat.

(b) L. Qyan- qvam. 7. ad S. C. Vellej. 7. 3. 2.

(b) Quid matre jubente pro filii defensore fidejussit, adversus defensorem mandati actionem non habet, nec proprie ejus gessit negotium, quia contemplatione matris fidejussit: Attamen ex Papiniani sententia dabitur actio negotiorum gestorum (utilis ni fallor) in defensorem; quia pecunia fidejussoris liberatur.

(c) L. 55. Uxor marito. D.de Donat. inter vir. & ux. F 3.

(c) L. Servus. 30. in princ. Commodati. (d) L. Sed mihi 3. Pr.D. Commodati.

(c) Si uxori, quæ marito pecuniam donavit, quam ex lege posset repe- tere, datur condicitia aut utilis vindicatio in rem ex pecunia comparatam; quia, inquit Ulpianus, locupletiorem esse maritum negari non potest: & hoc queritur, quid ex re mulieris possideat.

(e) L. 3. Pr.D. Commodati.

(d) Sic si aliena res pignori data & à creditore vendita fuerit, quantum ad creditorem, pro pretiis accepti quantitate, liberatur debitor: quia, inquit

(e) Pupilli non tenentur commodati secundum leges Romanas; tamen utilis actio dabitur, si pupillus locupletior factus sit.

(f) L. Reicri- prum. 12. §. 1. de Dis. pi- gnorum.

(f) Sic si aliena res pignori data & à creditore vendita fuerit, quantum ad creditorem, pro pretiis accepti quantitate, liberatur debitor: quia, inquit

Tryphoninus, ex qualibet obligatione, occasione debitoris redactum pretium aequius debitori proficeret, quam creditoris lucro cederet: sed emor debitor tenebitur, ne ex aliena jactura lucrum sibi querat: nam & si maiores fructus a posseflore creditor abstulisset, universos in quantitatatem accepto ferre deberet.

(g) L. 32. Si me
& Titii. D. de
Reb. credit.

(g) Similiter, si cum debitore meo, non tanquam meo, sed alienum debitorem putans egisti, & mutuam ab eo accepisti pecuniam, obligaris, non quia pecuniam tibi credidi (hoc enim nisi inter consentientes fieri non possit) sed quia pecunia mea, quae ad te pervenit, eam mihi a te reddi bonum & quantum est.

(b) Accurs. in
d.l. Referti-
ptum. 12.

3. Postiores quoque juris interpretes ad facta similia haec recte producunt: nempe ut (b) cuius latitantis bona venum ierant, cum exceptionem haberet, is ad pecuniam ex bonis suis redactam admittatur; & (i) ut, qui pecuniam patri credit ad alendum filium, si pater solvendo non sit, in ipsum filium bona materna habentem actionem habeat.

(i) Iason. in d.
L. si me & Titi-
um. 32.

(k) His regulis duabus recte intellectis, non difficilis erit responsio ad eas quæstiones, quæ a Jurisconsultis, & a Theologis internum animi tribunal instruentibus proponi solent.

(k) Soto l. IV.
q. 7. art. 2. Co-
varruv. ad c.
peccatum. 5.
de R. J. in 6.
par. II, §. 1.
Silv. in verb.
Restituta. n. 3.
q. 6. Medina de
contr. q. 10.

Lest. I. II. c. 14.
Navar. 17. n. 7.
Svet. c. 19.

f. 233. r. 227

III. Primum enim apparet, bona fidei posseforem (nam male fidei possefior ultra reparationem ex facto suo tenetur) non teneri ad ullam restituitionem, si res perierit: quia nec res ipsa apud eum est, nec lucrum ex re.

IV. Secundo, bona fidei posseforem teneri ad restituendos etiam fructus extantes rei: dico fructus rei; nam industria fructus etiam si sine re non procederent, rei tamen non debentur. Causa hujus obligationis est ex dominio, nam qui dominus est rei, idem naturaliter dominus est fructuum rei.

V. Tertio, bona fidei posseforem teneri ad restitutionem & rei & fructum consumtorum, si modo alias quoque tantundem consumturus fuerit: nam in hoc locupletor censetur. Sic laudatur circa initia imperii C. Caesar Caligula, quod, quibus regna restituit, adjecit & fructus mediis temporis.

VI. Quarto, non teneri eum ad fructus, quos percipere neglexit: quia regi gressu in eum nec rem habet, nec quicquam, quod rei loco succedit.

VII. Quinto, si talis possessor rem sibi donatam alii donaverit, non teneri, nisi omnino etiam sine hac re donatus tantundem fuisset: tunc enim lucrum erit, rei sua pepercisse.

L. 48. Quid vas.
§. ult. D. de
Furtis.
L. 22. Si & re.
D. de Petit.
hæreditatis. L.

VIII. Sexto, si rem emtam vendiderit, non teneri, nisi quatenus forte plures vendiderit: quod si donatam vendiderit, teneri ad restituendum pretium, nisi forte prodegerit pretium, alias non prodaetur.

IX. Septimo, rem alienam bona fide emtam restituendam, nec posse erogatum pretium repeti, cui regulariter addenda mihi videtur exceptio, nisi

S. 4. a) que jure accessionis rei gai S. f. ~~Julius~~ c. natare agnacita.
nun detinet. vobis habet nō seu equilibrio inter sed robori
commodum, indutiose fructus tū lōris proprie, afferit. Intra mal ter
retur esse cogit, fructus nō sicut hunc habet, quantum ego d.
de re nun gai cogniti suerit. ego latitudinem quantam poni
d. f. possum. e. d. partis mīna ~~valles~~ nonne marina rīgualitas
relaxat. Enī et re variis dāces inter pōssent, et rīvulū
cogniti non fuerint. Et an si omnes sene agnacitatis affer
gai pecunia aliare edis. propositus fō liu no sene formore
pecuniam enī curi facit hoc est. de equilibrio rīcum tēr. de ē
vobis est prāsupposa. Cogit, que jure pōssit, ut rītū
re latitudinē eff. quia cogit, que jure latitudine, quantum
curi facit, est fructus indutiose, a. s. et hinc non cogit, nec
belus. non ~~delicatissima~~ cōsidero ad. Dicim nō latitudinem rīcum ha
peccata in rīgatio latitudinis ~~per~~ cōsideris. Equilibrium illud appri
si tō pecuniam etiam non habet. Subiectivū h. c. ut latitudine
fructus nō. Tū latitudine pōssit, pōssit. Tū si pōssit omnes, non a.
rei tō non debet.

S. 5. a). q. arg amato quis c. itōrum omnes in omnes re
cessor. Cōsidero tē. tē pōssit. Equus cōsideret. pōssit. quod
quis angebet. Rīcumbergam subiecta hanc rīcum non pōssit.
rīlūtū a. Belgū fructus. Tū si hanc non alia grīvias gāto
ind. pōsserit. quis hanc rīlūtū. Tū si vescem. Līcian em
ga in curum, cōfici. Weltarum pōssit. Tū si pōssit. pōssit
qui nō rīlūtū.

accorci abatam et iuratio veras copias jussi in ecclesiis ecclasiis
dominius papa veniat an ego tunc decessum spemque am se in capi-
ar ad recessus locum vestrum servare serice sa Brandenburgica fonsuram.
Ap. Moraviae in sacrum recessus. Tunc decessum Hafffenerianum, ut
nam excepitio sum recessus et res circa anno 1625 tamquam pa-
go si ecclesie vestrae locionem geestari a Belgis nullo alibi
restitutio non vestris sericis, quae tunc etiam promulgata sunt resolu-
ta et vestre serice excepitio fuit quod decessum jussi resolu-
ta et non vestrae locionem geestari a Belgis tunc resolu-
ta non excepitio est modo locionem praeceps Belgis in
tempore gestem, quia eam praecepit pecunie boni credens
etiam velle sed non sericam factum hinc et belga de-
cisa in quod velle me impetratus foliacionem delicii at
ser sum excepitio factus. resoluere excepitio, ecclesie re-
s. cesis praeceps emolum entibus rebus hanc locionem
non fuisse.

Ecclesie et Belgae compromissari

S. 50. A. Moraviae comparsus huius abbas in pacificationem Me-
litaie et non est legatus. L. 2. clerici, q. ea respondit
R. 2. 2. q. qui postea non fuisse ad ipsas an non
esse recessus resoluendo addicte est. C. 2. q. dicitur dicitur
vulnus puerum fieri domino in agnitione, eam pro curia
rem in eam puerum devenire, in cuius uirgine puerum
quo adest fuis q. non est in accepto. q. fuit facta abs
priuatis nosca non recessus in vulnus eam excepit, tunc
aliam locionem corrigendi q. in uulnus puerum facta
quo recessus esse est fuit eam sed pia pietate in compensationem q.
dare non debentes velles recipi puerum dat dicitur
q. I. 2. q. inde uulnus puerum facta dicitur sicut puer
t. q. d. c. contrario si de facie eius puerum factum est regis ut
nus nos puerum incepit in puerum factum. aut triplum, dicitur
calum, quia puerum eam vero de die factum factum
nisi non recessimus respondeamus. C. 2. q. dicitur sicut puer
si res aegrot in placida resipescit.
Tunc puerum factum non facit
postea nos eam excepit in puer
t. q. ubi facies q. hic dicitur. eam
res ipsius et. eam ob incert
factum non dominio huius est. res
dominem certe puerus S. I. N. I.
C. 2. G. C. 2. S. 26. Ratio facit
t. D. dicitur bonum. ea uir est ut res
domino cogitato non reddere om
nia iustitia sit.

niſi quatenus dominus rei ſuæ poſſeſſionem recipere ſine impendio aliquo probabiliter non potuit, ut puta, ſi res apud piratas fuerit. Tunc enim deduci poterit, quantum dominus impensurus libenter fuerat, ipſa enim facti poſſeſſio pŕaſertim recuperatu diſſicilis, eſt aliquid aſtimabile, & in hoc dominus poſt rem amissam cenſetur factus locupletior. Et ideò, cum rei ſuæ eratio ordinario jure non valeat, valere tamen eam, ait Paulus (a) Jurisconsultus, ſi ab initio id conuenit, ut poſſeſſio, qvæ apud alterum eſt, ematur. Nec hic reqviro, ut emta res ſit * cum animo, ut domino reſtitueretur, qvo caſu negotiorum actionem naſci, ſunt, qvi ajant, ſunt, qvi negent. (b) Nam negotiorum geſtorum actione ex lege civili naſcitur: nullum enim habet eorum fundamentorum, ex qvibus natura non obligationem inducit. Nos autem id, qvod naturale eſt, hic qværimus.

Niſi quatenus dominus rei ſuæ poſſeſſionem recipere ſine impendio aliquo probabiliter non potuit) Apud Terentium Heautontimorumento A&c. IV, Scena IV:

Sed illud, qvod iſbi

Dixi de argento, qvod iſta debet Bacchidi;
Id nunc reddendum eſt illi, neque tu ſoliceſt
Eo nunc confuges, qvid mea? num mihi datum eſt?
Num iuſſi? num illa oppignerare filiam
Meam me invito potuit? verum illud, Chreme,
Dicunt, jū ſumnum ſumma ſepe injuria.

Ubi & Eugrafium vide. Hac æqvitatis etiam ab Hebræorum magistris probatur, & à Wiſigotthis libro I, tit. IX, c. 9. & c. 15. Alc. III. Præf. 29. Menoch. V. Præſum. 29. num. 26. Straccham parte II, num. 18.

Cum animo, ut domino reſtitueretur) Speculum Saxoniconum II, 37. Landrecht. tit. XV.

2. Non diſſimile eſt, qvod de funeraria ſcripsit (c) Ulpianus, iuſtum judecim in ea non meram negotiorum geſtorum actionem imitari, ſed folutius æqvitatem seqvi, cum hoc ei actionis natura indulgeat. (d) Er qvod alibi idem ait, ſi quis negotia mea gelerit, non mei contemplatione, ſed ſui lucri cauſa, & circa res meas aliquid impenderit, (e) non quidem in id, qvod dedit, ſed in id, qvod ego locupletior ſum, habiturum actionem. Sic enim & domini rerum, qvarū jactu levata eſt navis, partem recuperant ab aliis, qvorum res jactu ſervata ſunt: qvia & qvi rem alioqui peritaram ſervavit, in hoc videtur locupletior.

X. Octavo, eum, qvi rem alienam emit, non poſſe eam reſtituere venditori, ut pretium ſervert, qvi ex qvo res in ejus ſuit potestate, jam, ut diximus, cepit obligatio reſtituendi.

Sed & fi lege.
25. D. Eod L. Si
cum ſervū. 23.
D. de Rebus
creditis. L. ma-
tertua. 3. L. fi
mancipiū. 23.
C. de Rei vind.
L. Sue. 16. D.
de Cont. Emt.
L. I. D. de Evi-
tionibus. L. Si
laborante. 2. S.
Si navis. 3. D.
ad Legē Rhō-
diam. Aegid.
Reg. dip. 31.
dub. 7. n. 126.
Hofſ. tir. de
pœn. v. qvid de
prædā emen-
tibus.

(a) L. Si in em-
tione. 34. §.
Rei. 4. D. de
Contr. Eme.
(b) Bal. & Caſt.
I. I. D. de Neg.
geſt.

(c) L. & fi qvis.
14. §. idem La-
beo. 13. D. de
relig. & Sum. f. Ballamo, ad
can. X. Greg.
Thauma.

(d) L. Si pupi-
li. 6. §. fed & fi
qvis. 3. D.
Neg. geſt.

(e) Cajet. 2, 26.
62, 6.

Soto l. 4. q. 70. 1. ſig.
art. 2. p. 33.
Covar. d. loc.
L. I. D. ad l.
Rhod.

XI. Nono, eum, qui rem habeat, cuius dominus ignoratur non tenet
 naturaliter eam rem pauperibus dare: * quanquam valde hoc pium sit, & re-
 multis in locis constitutum. Ratio est, quia ex domino nemo ius habet
 prater dominum. Non esse autem, & non apparere tantundem valent quoad
 eam, sed ea se-
 condae alio-
 cuo re uelius C. aue.

Quanquam valde hoc pium sit) Chrysostomus indicato jam loco.

XII. Decimo, (a) naturaliter quod ob causam turpem aut honestam, ad
 quam quis obligabatur, acceptum est, non esse restituendum. quanquam
 hoc quoque non immerito legibus quibusdam introductum est. Ratio est,
 (b) quia ratione rei nemo tenetur, nisi res sit aliena. hic autem dominum,
 transit ex prioris domini voluntate. * Aliud erit, si in ipso accipiendo modo
 vitium fuerit, puta extorsio. hoc enim est aliud obligationis principium, de
 quo hic non agimus. †

^tvid. c. II. §. 9.

(c) De Rest.
q. 10.

Aliud erit, si in ipso accipiendo modo vitium fuit, puta extorsio) Optime
 hanc distingvit Augustinus epistola LIV.

XIII. Addamus & hoc, mendose à (c) Medina traditum, rerum alienarum in nos dominium transire sine consensu domini, si res sint tales, quae pondere, numero, & mensura estimari soleant. Nam res ejus generis functionem
 quidem recipere dicuntur, id est restitui posse per id, quod (d) genere idem
 est, sed ita demum si consensu præcesserit, aut ex lege aut more præcessere
 intelligatur, ut in mutuo; aut etiam si res, utpote consumta, exhiberi ne-
 queat. At extra talem consensum, vel expressum, vel præsumtum, & extra
 necessitatem, functio ista locum non habet.

CAPUT XI.

De promissis.

- I. Refellitur sententia statuens promissis
 ius naturaliter non oriri.
- II. Assertionem nudam non obligare.
- III. Pollicitationem naturaliter obligare,
 sed inde alterius non nasci.
- IV. Quid sit promissum, unde alterius
 oritur.
- V. Requiri ad hoc in promittente usum
 rationis, ubi distinguitur ius naturale
 à legibus civilibus circa minores,
- VI. Promissio errantis an & quatenus ob-
 liget naturaliter.

- VII. Promissionem ex metu obligare, sed
 qui metus causam dedit teneri ad libe-
 randum promissorem.
- IX. Id quod promittitur, ut promissio
 valeat, oportere in potestate sit pro-
 mittentis.
- IX. An promissio ob causam vitiata
 leat naturaliter, per distinctionem ex-
 plicatur.
- X. Quid sentiendum de promissione facta
 ad consequendam rem jam ante de-
 beatam.

XI. Ma-